Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ostendunt ante commixtionem mali quam fabulose
conficta dementissime ediderunt . in ipsa lucis na
tura quam dicunt magna mala fuisse . quid ad
istas blasphemias addi posse uidebitur . Il
lic enim fuit antequam pugnaret dura et ineui
tabilis pugnandi necessitas . Ecce iam mag
num malum . antequam bono misceretur malum .
Dicant hoc unde . cum adhuc nulla esset commix
tio . Si autem necessitas non erat . uoluntas igitur
erat . Unde hoc tam magnum malum . ut deus ipse
nature sue nocere uellet . cui nocere ab hoste
non poterat . mittendo eam crudeliter miscen
dam . turpiter purgandam . inique dampnandam .
Ecce quantum malum perniciose et noxie et
uanissime uoluntatis . antequam ullum
malum de gente contraria misceretur .
An forte nesciebat hoc euenturum me
bris suis . ut diligerent tenebras . et
inimice existerent sancte lucis . sicut
ipse dixit . Hoc est notandum deo suo . sed etiam
patri deorum . Unde ergo hoc in deo tam magnum
ignorantie malum . antequam ullum de gente
contraria misceretur malum . Si autem hoc fu